



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Vana gloria fugienda est propter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Vana gloria fugienda
est propter tria.*

Primo, quia scriptura docet.
 Gall. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Philip. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, & c. Hier. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & c. Ecclesiasticus. Noli te extollere in faciendo opere tuo, & c. Bernardus. Non quæras gloriam, & non dolebis cum in gloriosus fueris. qui laudem non appetit contumeliam non sentit. Secundo quia deo displicet, ideo quia uanagloria deificat creaturam, contempto uero deo; sicut quando de operibus factis gloriatur, quasi ea à se haberet, cum nullum bonum habeat nisi à deo. Cor. Quid habes quod non accepisti? & c. Et P. Augustinus. Quid habes quicquam tuum, te enim homo constituit proximum finem suum, dum opera sua facit, ut uideatur ab hominibus, & sic idolatrat. Vnde Io. Quomodo potestis in deum credere, qui gloriam ab inuicem accipitis; etiam gloriam quæ à solo deo est, non quæritis? & c. Quod deo displiceat, potest cognosci in dua-

Gall. 7.
Phi. 2.

Hier. 9.
Eccl. 10

Bernar.

1. Cor. 4
Augu. 1.

Io. 5.

CHRISTIANA

bus rationibus . Prima est per eius exempla . Exemplo enim suo docuit uitare uanam gloriam , sicut legitur

Mat. 11 Matt. Vbi duobus cecis illuminatis
Luc. 8. dixit . Videte ne quis sciat , & c. Luc. Dixit leproso curato . Nemini dixeris , & c. Secunda ratio per eius uerba .

Mat. 5. Matt. Attendite ne iustitiam uestram
Mat. 6. faciatis coram hominibus , & c. Matt. Cum facis eleemosynam noli tuba canere ante te , & c. Et iterum . Cum oratis non eritis sicut hypocritarum , & c. Tertio quia homini summe nocet . Quatuor enim mala facit . Primum est , quia auferit homini bona temporalia ; de hoc uidemus saepe quod principes & milites expendunt quicquid habere possunt propter eam . Secundum quia auferit spiritualia . Vnde quidam senex . Sicut non potest fieri , ut simul herba nascatur & semen ; ita impossibile est , ut laudem & gloriam secularium habentes simul faciamus fructum celestem , cum pro bono opere laus transitoria quaeritur ; res aeterna retributione digna , pro uili pretio uenditur ; sicut legitur in Mattheo de Hypocritis , receperunt mercedem suam , & c. Ideo multum commendanda est uiris religiosus . Vnde Hieronymus . Prima uirtus monachi , est iudicia hominum contemnere . Et

Pro-

Prosper. Cum omnia uitia homo superauerit, manet periculū, ne mens bene conscia sibi, potius in se, quam in domino gloriatur. Tertium est, quia saepe ex uana gloria contentiones, & inuidiæ oriuntur. Gall. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidi. Quartum est, quia ostendit hominem stultum. Non ne magna stulticia est habere uanam gloriam, quæ sicut puluis est, sicut dicit Isydorus. Gloria enim humana in puluerem redigitur, & honor eius extinguitur super terram, uelle ipsam præponere æternæ gloriæ. Vnde stultum ualde est, inde transitoria querere, unde possumus æterna habere. Item. Non ne magna stulticia est, quia uanagloriosus non curat qualis sit, sed qualis dicatur. Vnde Chrysost. Hypocrita ut quid non uis esse laudabilis, qui uis ut lauderis?

Prosperus.

Gall. 6.

Isydo.

Chrysol.

Vana gloriæ remedia sunt quatuor.

Primum est absconditio. Legitur in uitis Patrum. Sicut thesaurus manifestus cito minuitur, ita & uirtus quælibet deperit publicata. Greg. Deprædari desiderat, qui Grego.